

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus

### Caput 13: De predestinatione et obstinatione (12)

Idem (Gregorius):

Obtineri nequaquam possunt que predestinata non fuerunt,  
sed ea que sancti viri orando efficiunt, ita predestinata sunt, ut precibus optineantur.  
Nam ipsa quoque perennis regni predestinatio ita est ab omnipotente deo disposita,  
ut ad hanc electi ex labore perveniant, quatenus postulando mereantur excipere,  
quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare.

Obtineri nequaquam possunt quae praedestinata non fuerint,  
sed ea quae sancti uiri orando efficiunt, ita praedestinata sunt ut precibus obtineantur.  
Nam ipsa quoque perennis regni praedestinatio ita est ab omnipotente Deo disposita,  
ut ad hoc electi ex labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere,  
quod eis omnipotens Deus ante saecula disposuit donare.

Gregorius Magnus, *Dialogorum libri IV.*, 1.8.5 (SC 260, A. de Vogüé ed., p.74, ll.39-45).